



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 31. Legati dicta a Synodo flocci habita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

insuper non minus frivolum proposuit du-  
Sæcul. XV.  
bium, nimirum, quod summum Pontifi-  
A.C. 1437.  
cem in propria Persona Synodo præside-  
re, omnino necessarium esset; cum ta-  
men in concordia cum Græcis erecta cla-  
ris verbis legeretur, Pontifici, vel per se,  
vel per suos Legatos Concilio interveni-  
re, liberum esse. Ex his de ore Le-  
gati perceptis, plures firmiter sibi persua-  
sum habebant, hunc data opera dissol-  
vendæ unionis ansam aucupari voluisse,  
aut verba ex aliorum suggestu concepta  
eo consilio sua fecisse, ut Græcis specio-  
sum a conventionis fide recedendi ob-  
tentum suppeditaret; cuncta enim, quæ  
allegaverat, omnino conventorum arti-  
culis opponebantur.

### §. XXXI.

#### *Legati dicta a Synodo flocci habita.*

Synodus, quod res erat, suspicata eo-  
rum, quæ Legatus exposuerat, nullam  
habuit rationem, ea potissimum ex caussa,  
quod Legatus demandatae sibi provinciæ  
fidem suspectam reddidisset, cum non nisi  
simplici mandantis epistola munitus com-  
paruisset. Nihilominus ille ore ac cala-  
mo auctoritatem suam, ac dictorum fi-  
dem vindicare conatus est, & die quar-  
ta Februarii satis prolixam, ac latino fer-  
mone conceptam apologiam edidit. Sy-

R 2

nodi

**Sacul. XV.** nodi Præses insuperhabita Legati cont.  
**A.C. 1437.** statione, negotium ulteriori deliberation  
 commisit, ac ex præscripto sententia  
 Concilio emanatæ jurandum exegi  
 a Legatis, Avenionem ad id deputatis  
 ut mutuo datam pecuniarum summan  
 pro advehendis Græcis necessariam re  
 ciperent.

## §. XXXII.

*Congregatio de cautione ab Aveni  
 nensibus expetita.*

*Panorm. de  
 Conc. Basil.*

Inter tot negotia, quænam primam filii  
 vendicaret Patrum sollicitudinem, in  
 Synodo deliberatum est. Quidam judi  
 cabant, ante omnia agendum de inde  
 mmitate, quam Avenionenses petebant,  
 ut de septuaginta ducatorum millibus  
 quæ mutuo dare offerebant, sibi idonee  
 caveretur, alii econtra sentiebant, nonni  
 si facta integra harum pecuniarum nu  
 meratione, petitam cautionem esse præ  
 standam. In diversa itaque euntibus  
 Basileensium sententiis, ad compone  
 dam animorum dissensionem in Congre  
 gatione Generali die vigesima tertia Fe  
 bruarii ejusdem anni Synodus ejusmodi  
 instrumentum confecit: *Pro felici ex  
 peditione Dominorum Ambasciatorum in Gra  
 ciā*